

ITALIANO

Ripassare gli argomenti di Letteratura affrontati durante l'anno dalle origini alla Scuola Siciliana.

Leggere i seguenti romanzi:

- "Il rosso e il nero" di Stendhal
- "Il nome della rosa" di Eco
- "Il monte della follia" di Lovecraft

Su ciascuno dei suddetti libri ci sarà una verifica in classe nel primo mese di scuola.

Svolgere i seguenti temi su foglio protocollo, perché dovranno essere consegnati all'insegnante il primo giorno di scuola:

- 1) Ho letto i "Promessi sposi". Cosa ho capito da questa lettura? Cosa, secondo me, voleva dire ed ha effettivamente detto l'autore?
- 2) Raccontate, in modo che possa essere compreso anche da chi non lo ha visto, un film, recente o meno, che vi abbia particolarmente colpito, motivando la vostra scelta.
- 3) Un tempo, l'adolescenza veniva considerata l'età più bella della vita, il momento della spensieratezza. Ora, invece, si è capito che è una delle più difficili. Alla luce della tua esperienza, valutane gli aspetti positivi e negativi, motivando la tua idea sulla premessa fatta.

LATINO

I ragazzi dovranno ripassare le regole grammaticali studiate durante l'anno scolastico.

Inoltre, dovranno svolgere le 8 versioni riportate di seguito (su foglio protocollo, così che possano essere consegnate all'insegnante il primo giorno di scuola)

Giugurta a Roma

Adherbal bello petitus ab Iugurtha et in oppido Cirta obsessus, contra denuntiationem senatus ab eo occisus est, et ob hoc bellum Iugurthae indictum, idque Calpurnius Bestia cos. gerere iussus, pacem cum Iugurtha, iniussu populi et senatus, fecit. Iugurtha, fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romam venit et, propter caedem admissam in regulum quemdam nomine Massivam, Romae interfectum, cum periclitaretur causam capitis dicere, clam profugit et cedens urbe fertur dixisse: o urbem venalem et cito perituram, si emptorem invenerit. A. Postumius legatus, infeliciter proelio adversus Iugurtham gesto, pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.

Livio

Vittoria di Mario sui Cimbri e i Teutoni

Dum bellum in Numidia contra Iugurtham geritur, Romani consules Manlius et Q. Caepio a Cimbris et Teutonis et Tugurinis et Ambronibus, quae erant Germanorum et Gallorum gentes, victi sunt iuxta flumen Rhodanum ingenti internecone; etiam castra sua et magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Romae grandis fuit, quantus vix Hannibalis, tempore Punici belli, ne iterum Galli Romam venirent. Ergo Marius post victoriam Iugurthinam secundo consul est factus, bellumque ei contra Cimbras et Teutones decretum est. Tertio quoque ei et quarto delatus est consulatus, quia bellum Cimbricum protrahebatur. Sed in quarto consulatu collegam habuit Q. Lutatium Catulum. Cum Cimbris itaque confligit et duobus proeliis CC milia hostium cecidit, LXXX milia cepit et duces eorum Teutobodum, propter quod meritum absens quinto consul est factus.

Eutropio

Il male è dentro di noi

Mulier quaedam subito desiit videre. Incredibilem rem tibi narro, sed veram: nescit esse se caecam; subinde paedagogum summ rogat ut migret (= *che la porti via*), ait domum tenebricosam esse.

Hoc quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat (= *sia chiaro*) tibi: nemo se avarum esse intelligit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos sine duce erramus et dicimus: “ Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae potest (= *potrebbe*) vivere; non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum vitium, quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitae: adulescentia haec fecit”. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare (= *di essere ammalati*) nescimus.

Seneca

Gli Elvezi si arrendono

Helvetii, omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad Caesarem miserunt. Qui, cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent, suppliciter locuti, flentes pacem petierunt.

Postquam Caesar eos in deditionem acceperat, hi obsides, arma, servos, qui ad eos perfugerant, poposcit. Dum hi conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa, circiter hominum milia VI eius pagi, qui Verbigenus appellatur, sive timore perterriti, sive spe salutis inducti, prima nocte e castris Helvetiorum egressi, ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt.

Quod ubi Caesar rescivit, his imperavit, quorum per fines ierant, ut eos conquirent et reducerent: reductos in hostium numero habuit.

Cesare

Severità di Lucio Bruto

Rege Tarquinio a Romanis expulso, Lucius Brutus et Tarquinius Collatinus consules creati sunt. Brutus, ut vindex libertatis fuerat, ita acerrimus eiusdem libertatis custos exstitit: iussit enim Romanos iurare se nullum regem umquam passuros esse. Paulo post, ne ultimi regis vestigia Romae superessent, a collega, cui Tarquinio nomen erat, petiit et impetravit ut consulatu se abdicaret, atque collegam sibi Valerium sumpsit. At libertas modo parta in magno periculo pereundi fuit. Quidam enim iuvenes, aequales sodalesque filiorum regis expulsi, coniurationem fecerant, ut regi Tarquinio reditum pararent. Coniuratione per servum detecta, proditores, inter quos Bruti filius repertus est, capite damnati sunt. Huius supplicii non spectator modo sed exactor etiam fuit Brutus, qui filii nihil miseritus, insignis fortitudinis exemplum adstantibus praebuit.

C. F. Lhomond

Provvidenziale intervento delle donne sabine

Tum Sabinae mulieres, crinibus passis scissaque veste, victo muliebri pavore ausae sunt se inter tela volantia inferre, dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent. “Si adfinitas inter vos, si conubium vobis displicet, in nos vertite iras; nos causa belli sumus, nos causa vulnerum ac caedium viris et parentibus sumus; potius, peribimus quam sine alteris vestrum (= *senza gli uni o gli altri di voi*) viduae aut orbae vivemus (*tradurre con l'infinito*)”. Movet res cum multitudinem tum (= *sia ...sia*) duces; silentium et repentina fit quies; inde ad foedus faciendum duces prodeunt; nec pacem modo sed civitatem unam ex duabus faciunt; regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. Ita, germinata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, cives a Curibus Quirites appellati sunt.

Livio

Imprese di Cesare

Anno urbis conditae DCXCIII C. Iulius Caesar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo consul fuit. Obvenit (= *toccò in sorte*) ei Gallia et Illyricum cum legionibus decem quibus ipse profuit. Is primo vicit Helvetios, deinde per bella gravissima usque ad Oceanum Britannicum processit.

Domuit annis fere novem omnem Galliam, quae inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum et Oceanum interest. Contra Britannos mox bellum suscepit, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum notum erat; et eos quoque vicit et stipendiarios fecit. Fines trans Rhenum Germanorum invasit quos immanissimis proeliis vicit.

Inter tot successus ter male pugnavit: apud Arvernos semel praesens, et absens in Germania bis: nam legati eius duo per insidias ceciderunt.

Eutropio

Si scoprono a Roma gli autori di un incendio

Eodem tempore septem tabernae arserunt, comprehensa sunt postea privata aedificia. Aedis Vestae vix defensa est tredecim maxime servorum opera, qui in publicum (= a spese dello stato) manumissi sunt. Nocte ac die continuatum incendium fuit; nec ulli dubium erat id humana fraude factum esse, quod pluribus simul locis ignes coorti essent. Itaque consul, ex auctoritate senatus, pro contione edixit quorum opera id conflatum esset incendium: se daturum esse praemium ei qui profiteretur, libero pecuniam, servo libertatem. Eo praemio inductus servus, nomine Manus, indicavit dominos et quinque praeterea iuvenes nobiles Campanos, quorum parentes a Q. Fulvio securi percussi erant. Comprehensi sunt ipsi familiaeque eorum; indices (*da* index = *denunziatore*) libertas data est et viginti milia aeris (= *assi*).

Livio

MATEMATICA CON INFORMATICA

Si consiglia, prima dello svolgimento degli esercizi, di rivedere la teoria in sintesi alla fine di ogni capitolo.

- Retta nel piano cartesiano: da pag. 33 n. 17, 21, 29, 36, 49, 57, 76, 82, 110, 137, 147, 152, 156, 157, 213, 222, 227, 236, 248, 250, 280 (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)
- Sistemi lineari: da pag. 99 n. 25, 26, 27, 46, 47, 61, 62, 86, 87, 91, 94, 95, 139, 143, 172, 173, 190, 193, 226, 231, 297 (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)
- Radicali: da pag. 228 da n. 11 a n. 16, n. 21, 22, 25, 26, da n. 28 a n. 32, 37, 40, 41, 43, 50, 51, 52, da n. 69 a n. 73, da pag. 214 n. 418, 428, 436, 515, 532, 536, 543, 570, 573, 578 (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)
- Equazioni di secondo grado e di grado superiore: da pag. 276 n. 21, 22, 137, 140, 142, 148, 150, 207, 215, 262, 281, 289, 291, 441, 543, 560, 579, 581, 612, 631, 683, 702, 703 (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)
- Disequazioni di secondo grado e di grado superiore al secondo: da pag. 385 n. 346, 347, 348, 349, 351, 354, 364, 366, 367, 369, 370, 375, 376, 377 (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)
- Statistica: tutti gli esercizi del fascicolo allegato Classe II statistica eccetto n. 5 e 6 (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)
- Calcolo delle probabilità: pag 563 scheda di autovalutazione (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)

Geometria euclidea: gli esercizi da svolgere sono sul fascicolo allegato Classe II geometria euclidea (clicca su [VAI](#) per scaricare il file)

- Circonferenza e cerchio: pag. 54 n. 5, 6, 15
- Poligoni inscritti e circoscritti: pag. 59 n. 1, 2, 3, 7, 8, 12
- Equivalenza di superfici piane: pag. 66 n. 1, 2, 6
- Teoremi di Pitagora e di Euclide: 2, 4, 7, 21
- Grandezze geometriche, teorema di Talete e similitudine: pag 79 da n. 1 a n. 7, n. 9

INGLESE

Lettura dei due libri in edizione ridotta;

- "Romeo and Juliet" edizione Blackcat - Cideb
- "Beowulf" edizione Blackcat - Cideb

Si richiede l'esecuzione degli esercizi al termine di ciascun capitolo.